

et festis de praecepto, celebrare possunt Anniversaria translata. n. 4380 die 1. Mart. 1777.

Ad dubium: 1. Utrum Anniversaria pro Defunctis ad instantiam vivorum, si cadant in diem impeditam, transferri possint?

2. Et quatenus negative, utrum dies anniversarius computari possit a die depositionis, si dies anniversaria ab obitu sit impedita?

3. Utrum Anniversarium computari debeat a die ipsa obitus, vel a sequenti, si mors sequatur post occasum solis, vel ante mediam noctem?

Et S. R. C. respondendum censuit:

Ad 1. „Transferri debere ad diem non impeditam Festo duplici.

Ad 2. „Negative juxta Decretum in Curien. diei 16. Junii 1700.“

Ad 3. „Posse computari a die ipsa obitus, vel a sequenti, juxta diversam Ecclesiarum consuetudinem.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. N. 5220. Die 21. Julii 1855.

BRIXIEN.

Ad dubium: An Anniversaria occurrentia in diebus Festivis, aut impeditis, a Testatoribus tamen non designata, transferri valeant ad aliam diem, in qua occurrat Officium ritus duplicis minoris, in eaque praeter Officium, etiam Missa de *Requie* decantari possit, ut in Anniversario. S. C. resp.: „Posse juxta Decretum in una Papien. diei 17. Martii 1629, sed pendendum Indultum.“ n. 4694 ad 1 die 28. Julii 1832.

b) Missa.

(Vd. *Oratio in annivers.*)

Si Anniversarium anticipetur aut postponatur per aliquos dies, potest dici missa ut in anniversario. n. 3477 ad 16 die 5. Julii 1698.

In anniversariis defunct. ob aliquod impedimentum a proprio die translatis,

quaeveris dicatur missa, sive ut in anniversario sive ut in quotidianis, verba in oratione: *cujus anniversarium depositionis diem commemoramus etc.* non sunt varianda. n. 4237 ad 2 die 22. Dec. 1753.

ANNULUS.

1) Canonicorum, Protonot., Dignitar. etc.

Vd. *Usus Pontifical.* (decr. n. 4593 ad 8; n. 4882 etc.) *Protonotar. apost.* (missa).

Ad dubium: An prohibitio circa delationem annuli, quando Protonotarii celebrant, comprehendat etiam Canonicos Cathedralis? S. R. C. resp.: „Affirmative.“ n. 780 die 20. Novbr. 1628; n. 863 die 22. Junii 1630.

De rigore uti non debent Canonici annulo aureo in missa celebranda. n. 2241 ad 11 die 4. Aug. 1663.

Non licere Protonot. apostolico Baren. inter celebrandum deferre annulum in digito. n. 2676 die 3. Martii 1674.

Praepositus alicujus Ecclesiae non potest tuta conscientia etiam attenta immemorabili consuetudine uti annulo, nisi constituto sibi de speciali Sedis ap. indulto. n. 1834 die 4. Aug. 1657.

Canonicis permitti non debet celebrare missas cum annulo lapide pretioso ornato. n. 3597 ad 8 die 10. Sept. 1701.

Prior Ecclesiae commendatae Aquae Sextiae non potest celebrare cum annulo cum gemma sine speciali indulto. n. 3679 ad 2 die 12. Apr. 1704.

Ad dubium: an Dignitates et Canonici Metrop. Urbinaten. uti possint annulo, cruce pectorale cum gemmis, caligis et sandaliis, chirotecis praesertim auro ornatis? S. C. resp.: Affirmative juxta modum; modus est, quod in missis sol. decantandis solus Celebrans uti possit enunciatis indumentis auro non ornatis, nec non annulo cum unica gemma et cruce pectorali

sine gemmis et amplius. n. 4224 ad 1 die 29. Jan. 1752; n. 5209 ad 1 et 6 die 21. Junii 1855.

S. SEVERI.

Quum a s. m. Pio Papa VII. Canonicis, quibus conceditur usus Pontificalium, uti ex Brevi eruitur, concedatur et usus Annuli, quaeritur: an eodem Annulo uti debeant etiam dum celebrant, vel Pontificalibus assistunt? Si praeter hos casus adhibere valeant Annulum cum gemmis? Tandem: an id, quod statuitur pro Canonicis, servari etiam debeat pro aliis, qui Canonicali Dignitate non cohonestantur, ut sunt Parochi?

Et S. eadem C. respondendum censuit:

„Exhibeat exemplar authenticum Litterarum Apostolicarum in forma Brevis s. m. Pii Papae VII.“ n. 4752 ad 2 die 23. Maji 1835.

2) Doctoris.

Ad dubium: Utrum Sacerdotes, qui gradus sunt assecuti in aliqua Academia, vel Universitate facultatem tribuente gestandi annulum, hoc gestare queant in digito, sicut Praelati gestant?

Et S. eadem C. rescribendum censuit.

„Permittitur, praeterquam in Eccl. Functionibus juxta alias decreta.“

Et ita rescripsit, ac servari mandavit. n. 5035 ad 6 die 23. Maji 1846.

3) Episcopi.

a) Quis imponit?

Ad dubium: an prima Dignitas Episcopo parato s. paramentis teneatur imponere annulum ad formam Caeremonialis? S. C. resp.: Servetur Caerem. lib. I. c. 7 n. 1. n. 3623 ad 3 die 18. Mart. 1702.

b) Quot?

Unus tantum datur Episcopo Annu-

lus in Caeremoniali. n. 2381 ad 1 et 2 die 18. Sept. 1666.

4) Nuptialis.

Vd. *Bened. Annuli Nuptiar. secundarum.*

ANNUNCIATIO B. V. M.

1) Missa licita.

Vd. *Annunciatio* (Transl.; decr. n. 3893; 4526.)

Canonicis Cathedr. Camerin. petentibus, an ipsis liceret plures missas celebrare fer. V. in Coena Dom., in qua festum ss. Annunt. B. V. M. incidat? S. C. resp.: Licere et jussit ut a Cardinali Vicario singularum Ecclesiarum Urbis Rectoribus idem notificetur. n. 2040 die 20. Mart. 1660.

2) Missa non licita.

Cf. *Annunt.* (Transl. decr. n. 3202; 3274.)

Si festum Annuntiationis B. V. M. venerit fer. V. vel VI. hebd. maj. seu Sabb. s. aut in Dom. Resurrectionis vel duobus sequentibus diebus nec in sacra domo Lauretana nec in Civitate dictis diebus etiam clausis januis Missam de B. V. M. celebrare licitum est. n. 308 ad 2 die 9. Maji 1606.

In Ecclesia Monialium Ordinis s. Benedicti sub Invocatione SS. Annuntiationis occurrente in fer. 3. hebdom. maj. non licet celebrari missam sol. de festo praedicto. n. 3466 die 15. Mart. 1698.

Occurrente Festivitate Annuntiationis B. V. M. in aliqua Dominica Quadrag. non fit de Annunt. nisi in Ecclesiis *Titularibus* (dedicatis Annuntiationi). n. 461 die 1. Sept. 1612.

Non licet in dominica Palmarum celebrare missam sol. de Annuntiatione B. V. M. ratione Concursus. n. 1816 die 10. Mart. 1657.

3) Translatio.

Cf. *Episcopus* (vestis; decr. n. 3809). S. *Benedictus*; *Missa priv. in Coena Dom.*; S. *Joseph*; *Sabb. s.* (missa priv.)

Gubernatores ss. Annuntiationis Neapolitanae S. C. supplicarunt, dignaretur facultatem tribuere celebrandi solemnitatem ss. Annuntiationis *Dominica in albis* hoc anno, in quo cadit translatio die s. Athanasii protectoris civitatis, nempe fer. 2. post dominicam in albis, S. C. resp.: *Obstare rubricas.* n. 2042 die 20. Mart. 1660.

Occurrente Annunt. B. V. cum festo 7 dolorum, Vd. Septem dolores B. V. S. C. concessit *Ordini Minimorum*, ut quando propter hebdom. s. et Paschalem Resurrectionis transferri contingerit ad primam diem non impeditam tam Officium SS. Annuntiationis quam illud s. Francisci de Paula eorum Fundatoris, ab ipsis recitetur dicta prima die illud SS. Annunt., prout recitatur ab Ecclesia universali, et die seq. illud s. Francisci, non obstante dispositione rubricae in contrarium. n. 2548 die 13. Jun. 1671.

Quando contingit transferri festum s. Joseph et Annuntiationis B. V. M. (quae sunt ambo 2. cl.) debet prius reponi festum, quod prius in Calendario celebrandum erat. n. 2988 ad 5 die 13. Junii 1682. Hoc decretum sublatum est per sequens: *Prius recitandum Officium translatum de Annuntiatione.* n. 3005 ad 6 die 28. Dec. 1682; n. 4988 ad 2 die 7. Dec. 1844. Aliud decret. de eadem controversia est sub n. 3196 ad 1 et 2 die 30. Julii 1689: Eadem festa (s. Josephi et Annunt.) transferenda esse eo ordine, quo erant celebranda in propriis diebus et in concurrentia integras vespas recitandas fore de Annuntiatione cum commemor. s. Josephi.

Ad relationem: Cum *Sabb. s.* occurrat festum Annuntiationis B. V. M., dubitatum fuit: An debeant celebrari missae *priv.* ad effectum, ut Christianifideles commode satisfacere possint praecepto audiendi missam? S. C. resp.: Praedictum festum Annunt. B. V. M. *una cum praecepto audiendi missam*

et vacandi ab operibus in Ecclesia Universali transferri debere ad fer. 2. p. Dom. in Albis protractis omnibus aliis festis, quae non sint altioris ritus, ad aliam diem juxta rubricas. Celebrationem quoque missarum *dicta die Sabb. s.* omnino prohibendam in quibuscunque Ecclesiis et Oratoriis privatis, non obstante quacunque consuetudine in contrarium et unicam missam conv., una cum Officio ejusdem Sabb. s. celebrandam fore. n. 3202 die 12. Febr. 1690; n. 3204 die 11. Mart. 1690; n. 3301 ad 13 die 10. Jan. 1693.

Prohibitionem missarum privatarum in Sabb. s. juxta decr. de 12. Febr. 1690 non fuisse pro illo tantum anno, in qua occurrebat Solemnitas Annunt. B. V. M. sed servandum singulis annis imposterum juxta priscam ecclesiae praxim et doctrinam. n. 3274 die 26. Apr. 1692.

Ob specialem reverentiam Domini- cae Incarnationis specialis hoc privilegio decorandum censuit S. C. festum Annunt. B. V. M., ut, quotiescunque posthac contigerit festum praedictum, etiam quoad solum Officium post octavas Paschae transferri, semper festis aequalis ritus praepnatur, licet temporis ordine illis sit in Calendario posterius. n. 3282 die 14. Junii 1692.

Festum Annuntiationis B. V. M. incidens in fer. VI. et Sabb. s. hebdom. maj. est transferendam in fer. 2. post dominicam in Albis, etiamsi in eadem feria 2. occurrat festum dupl. aut semidupl. n. 3637 ad 1 die 9. Dec. 1702.

Etiam in Monasterio s. Galli nullius Dioecesis in Helvetiis est transferendum in fer. 2. dictam, et non festum s. Benedicti, quod est transferendum juxta rubricas. *Ibid.* ad 2.

Cum Festum Annuntiationis B. V. M. anno proximo venturo incidat in tertiam diem Paschatis Resurrectionis D. N. J. Christi, et propterea veniat trans-

ferendum, Episcopus Frisingen. humiliter Sac. Rit. Congregat. supplicavit declarare: an dies in quem erit transferendum, observandus sit tanquam Festivus de praecepto?

Et S. eadem R. C. respondit:

„Negative.“ n. 3653 die 23. Jun. 1703.

Ex antiquissimo Indulto Apostolico celebratur quotannis Festum S. Vincentii Ferreri principalis Patroni Regni Valentiae in Feria 2. post Dominicam in Albis, ut in die proprio; at in eadem Feria celebrari debet Festum Annuntiationis B. V. M. cum exclusione alterius cujuscunque Festi, etiam hoc sit majoris ritus et dignitatis, cum transfertur simul quoad Forum et Chorum, uti expresse habetur in Rubrica 96. Breviarii Romano-seraphici ultimo reformati. Quo posito quaeritur:

An dictum Breviarium sequentes in casu ei se conformare debeant, aut cum reliquo Clero, qui Festum S. Vincentii celebrat, uti fecit Dioecesis Oriolensis anno 1796, forte contra Decretum die 2. Septembris 1741?

S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, typis etiam vulgato, ad relationem Emi., et Rmi. D. Card. de Somalia Urbis Vicarii, dictae Congregationis Praefecti, et Ponentis, rescribendum censuit:

„Affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam.“

Et ita declaravit. n. 4474 ad 3 die 2. Maji 1801.

Cum Festum SSmae. Annuntiationis sequenti anno 1717 incidat *in feriam V. Majoris Hebdomadae*, praeceptum audiendi Missam et abstinendi a servilibus non esse transferendum, sed omnino servandum esse in ipsa Feria V. majoris hebdom., adeoque per Ordinarios locorum providendum, ut eo die pro Civitatum, et Pagorum qualitate, ac Christianifidelium in iis degentium numero, plures Missae privatae ante ce-

lebrationem Missae Conventualis pro praecepti adimplemento celebrandae non desint, sed tamen propterea antiquus mos Communionis Cleri in Missa solemniori ejus die, quo Ecclesia SSmae. Eucharistiae Sacramenti institutionem, et memoriam recolit, summa religione hactenus servatus nullo modo omitatur.“

Et ita declaravit, ac Decretum hujusmodi publicari, et imprimi mandavit, si SSmo. D. Nostro visum fuerit. Die 12. Sept. 1716.

Factaque per Secretarium de praedictis eidem SSmo. D. N. relatione, „Sanctitas Sua benigne annuit.“ N. 3893 die 27. Sept. 1716.

Hae missae dici debent cum *Gloria* et *Credo.* n. 4526 ad 15 die 7. Sept. 1816; sed missa in praedicto casu dici non potest de s. Annuntiat., etiam ubi est Titularis. *Ibid.* ad 16.

Ad dubium: an quando festum Annuntiationis B. V. M. transfertur in fer. 2. post dominicam in albis, tamquam in diem propriam, celebrari debeat *cum octava* in illis Ecclesiis, ubi Annuntiatio est *Titularis*, si transferatur tantum quoad chorum; an vero celebrari debeat cum octava solum, quando transfertur simul quoad chorum et forum? S. C. resp.: Negative ad primam partem, excepto casu, quo translatio fiat infra octavam; affirmative ad secundam. n. 4487 ad 1 die 14. Maji 1803.

Concessionis Indulti celebrandi festum Annuntiat. fer. 2. post dom. in Albis, quando occurrit fer. V. in coena Dom.; quando vero occurrit in Quadragesima pro facultate idem celebrandi cum octava pro Monialibus Recolectis Ord. s. Augustini Monasterii sub titulo SS. Annuntiationis civitatis Vallisoletae. S. C. resp.: quoad 1: Provisum per decr. gener.; quoad 2: Negative. n. 3926 die 11. Mart. 1719.

(Vd. infra decr. n. 4903).

Si contingat Festum Annuntiationis B. M. V. transferri, debetne figi ad fer. II. post Dominicam in Albis prae duplici, aut semiduplici eo die occurrente, vel prae duplici I. cl. itidem translato? Eritne eadem Responsio, sive transferatur cum Officio Annuntiationis ejus Festum, sive non? In genere translatis duobus Officiis ejusdem Ritus, sed quorum unum festivum est, de quo prius agendum? Quid si utrumque festivum sit, sed cum uno transferatur Festum, non cum alio, quia scilicet unum incidit Sabbato S., aliud Feria III. post Pascha? Quid si Festum (Annuntiatio) v. gr. sit tantum II. cl., aliud vero I. cl.; sed non festivum, v. g. Dedicatio Ecclesiae extra Civitatem? Et S. eadem R. C. respondendum censuit:

Ad 1. Igitur respondit: „Quando Festum Annuntiationis B. M. V. transfertur simul cum praecepto audiendi Sacrum ad Fer. II. post Dominicam Albis, praefertur cuicumque duplici etiam I. cl. *) eo die occurrenti. Si vero transfertur absque praecepto audiendi Sacrum, praefertur cuicumque Festo translato, licet I. cl., non autem Festis eo die occurrentibus. Obligatio audiendi Sacrum non reddit solemnitate maiorem, sed relinquit Officium in suo ritu: Quare reponendum prius erit Officium altioris ritus prae alio minoris, quamvis istud haberet adnexum praeceptum audiendi Sacrum, cum sit peculiaris tantummodo praerogativa Festi Annuntiationis B. M. V., et S. Josephi ex Decretis tum Alexandri VIII., tum Clementis XI., quod ista Festa sic translata, quibuscumque aliis Festis tam translatis, quam occurrentibus praeferantur, quando cum illorum Officio transfertur simul obligatio audiendi Sacrum.“

*) Vd. *Patronus Dioec.* (non est Officii etc. decr. n. 4542.)

Et ita declaravit. n. 4119 ad 1 die 2. Sept. 1741. Hoc Decretum intelligendum esse de quocumque Festo in ea die occurrente, etiamsi sit Patroni Principalis, vel Titularis, vel Dedicatio, quod cedere debet Festo Annuntiationis, translato quoad Chorum simul et Forum, hoc est: cum praecepto audiendi Sacrum.

Festum I. cl., quod eo die occurrat, vel sit de Patrono principali, vel de Titulari, vel de Dedicatio Ecclesiae, transferendum esse juxta modum a Rubrica praescriptum, nisi ab Apostolica Sede tributum fuerit, ut in Feriam III., vel in aliam certam diem assignatam reponatur.

Octavam vero Annuntiationis in iis tantum Ecclesiis, et Locis, quibus indultum est de ea fieri etiam in Quadragesima, vel in quibus hujusmodi Festum Tituli, vel principis Patronatus honore gaudet, juxta diversas occurrentias peragendam esse, quando idem Festum in Feriam II. post Dominicam in Albis transfertur, ut sequitur: Si nimirum translatio fiat cum praecepto audiendi Sacrum, integra octava illud gaudere, ac si Feria illa II. esset dies propria: si vero quoad Chorum tantum, *solius scilicet Officii translatio sit, nihil agendum de Octava*, nisi forte translatio occurrat infra Octavam: tunc quippe de ea fieri Officium poterit iis tantum diebus, qui de Octava supersunt, juxta generales rubricas, prout decretum fuit die 14. Maji 1803 in una Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Lusitaniae in Resp. ad 1.

Si fiat integra Octava, dum Festum transfertur quoad Chorum, et Forum, vel dimidiata, iis nimirum diebus dumtaxat, quae ex ea supersunt, dum illud infra Paschalis Octavam occurrat, Lectiones I. Nocturni esse debere de Scriptura occurrente: Lectiones II. Nocturni petendas esse ex Octavario

Romano pro alio quolibet Festo B. M. V.: Lectiones demum pro III. Nocturno de Homilia in Evangelium *Missus est*, haberi in Festo S. Gabrielis Archangeli, vel Exspectationis partus, vel translationis Almae Domus Lauretanae: quin imo repeti etiam libere posse tam in secundo, quam in tertio Nocturno Lectiones pro die Festo assignatas. Et ita etc. Die 22. Martii 1817. Et facta per infrascriptum Secretarium relatione SSmo. D. N. Sanctitas Sua praefatum Decretum S. R. C. approbavit, confirmavit, jussitque praelo tradi, ac publici juris fieri. n. 4528. Die 25. Martii 1817.

Ad dubia: 1) an decr. de Annuntiatione de 2. Sept. 1741 (Vd. supra n. 4119) locum habere debeat in Diocesi Tuden., in qua celebratur festum s. Petri Telmi Patroni et quatenus affirmative;

2) an festum s. Petri transferri possit in fer. 3. seq. vel potius servari debeat rubrica de translatione festorum?

3) an festum Annuntiationis translatum simul cum praecepto audiendi Sacrum celebrari debeat *cum octava*, ubi est Patrona principalis vel Titularis; et quatenus affirmative.

4) an in *die octava* recitari possint Lectiones approbatae pro aliquibus Ecclesiis gaudentibus privilegio celebrandi Annuntiationem cum octava? S. C. resp.: ad 1. Affirmative.

ad 2. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam;

ad 3. Affirmative.

ad 4. Affirmative. Et semper his quatuor dubiis detur decr. generale, facto verbo cum SSmo. Facta relatione SSmus. hoc decretum typis tradi, publicique juris fieri mandavit. n. 4527 die 22. (25) Mart. 1817.

Quando festum Annuntiationis B. V. M. occurrat in *dominica privi.*, quod si in hebdom. majori vel paschali, tunc in fer. 2. post dominicam in al-

Decreta authentica.

bis transferatur. n. 4197 die 20. Julii 1748.

Cum in dicta die (fer. 2. post dom. in alb.) in regno Portug. tamquam in die propria festum B. V. M. sub titulo *Gaudiorum* cum Off. et missa ritu 2. cl. *ex devotione* celebretur. — S. C. resp.: Officium esse faciendum de Annunt. et Officium sub Titulo *Gaudiorum* omittendum esse. n. 4257 die 30. Aug. 1755.

ANICIEN.

Quum Rmus. Anicien. Episc. in relatione status suae Ecclesiae ad S. C. Concilii transmissa, inter cetera Postulata et sequens exposuerit, nimirum: „Ex antiquissimo Ecclesiae Anicien. ritu si Festum Annuntiationis Incarnationis Domini occurrat in III. vel IV. Dom. Quadrag., ac etiam in Dominica Passionis, fiebat de eo cum commemor. Domin. in utrisque Vesp., Officio nocturno et Laudibus. Si inciderit in Dominicam Palmarum, anticipabatur Officium cum Festivitate Sabbato praecedenti. Si eveneret Feria V. in Coena Domini, Feria VI. in Parasceve, Sabbato S., Dominica Paschae, aut Feriis II. et III. seq., transferebatur Officium cum Festivitate in Feriam VI. post Pascha, et Festum Annuntiationis clauderet Jubilaeum talis concursus occasione a Romanis Pontificibus concessum. Quocumque alio die intra majorem hebd., vel intra hebd. Paschae si occurrat praedictum Festum, fiebat de eo cum Commem. Feriae in Officio nocturno, Laudibus et Vesperis. Ille ritus sicut antea servetur postulamus.“

Super quo Postulatu S. R. C. de sententia requisita, in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die habitis rescribendum censuit: „Si festum Annuntiationis inciderit in Dom. III. vel IV. Quadrag., de speciali gratia servari poterit consuetudo: si vero

occurrat in Majori Hebd., vel intra Paschatis Octavam servetur omnino dispositio Generalium Decretorum diei 11. Mart. 1614 ac 14. Junii 1692. n. 4873 die 31. Aug. 1839.

PISTORIEN.

Vd. supra decr. n. 3926.

Quum Sacerdos Antonius Raffanelli hodiernus Parochus Ecclesiae SSmae. Annuntiationis Deiparae in Civitate Pistorien. S. R. C. enixe rogarit ut confirmare dignaretur ibi investam consuetudinem, etiam in Quadragesima cum Octava instituendi Festum Titulare Annuntiationis B. M. V.; Emi. et Rmi. P. S. tuendis Ritibus praepositi ad Quirinale subsignata die coadunati in Ordinariis Comitibus audita a R. P. D. Secretario relatione, rescribendum censuerunt: „Negative et serventur omnino Rubricae. n. 4903 die 12. Sept. 1840.

4) Vesperae.

Cf. Sept. dolor. B. V. M. (Off.)

Currente festo 7 dolor. B. V. M. in 1. vel 2. Vesperis cum festo Annunt., quod est 2. Class., omittendam esse commemorationem Officii 7 dolor. n. 2883 ad 4 die 6. Maji 1679; n. 2594 ad 4 die 3. Sept. 1672.

Vesperae festi Annuntiationis B. V. M. translati concurrentes cum primis diei festi s. Marci recitantur integrae de Annuntiat. ob praestantiam dignitatis, non propter qualitatem praecepti. Idem dicendum de festis Domini. n. 4119 ad 3 die 2. Sept. 1741.

In occursu Officii 7 dolor. B. V. M. cum ejus Annuntiationis festo nulla in Vesperis fit commemor. 7 dolorum. n. 4119 ad 10 die 2. Septembris 1741.

ANNUNTIATIO FESTORUM.

Vd. Martyrologium.

S. ANSELMUS.

1) Abbas.

Utrum transfer. cadens in 3. die Martii?

Vd. S. Cunegundis, (decr. n. 4043.)

2) Qui?

De lectionibus, Vd. Lectiones de Sanctis (decr. n. 4044).

ANTICIPATIO BREVIARII.

1) In Choro.

Vd. Chorus (tempus; praecipue decr. n. 4924).

2) Sacerdotum singulorum.

BEATISSIMO PADRE.

Giovanni Battista Rostaing Sacerdote della Compagnia de Gesù supplica umilmente la Santità Vostra a volergli benignamente concedere la facoltà di anticipare la recita di Vespero, e Compieta dopo le ore dieci del mattino, e quella del Mattutino e Laudi del di seguente dopo il mezzo giorno anche con un compagno. Che ec.

„SSmus., referente subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia benigne annuit juxta preces; sed in actu s. Missionum tantum.“ Contrariis etc. n. 5095 die 13. Aug. 1847.

ANTIPHONA B. V. M.

1) Dicenda non est,

si statim subsequatur Missa.

Ad dubium: An possit omitti in choro Antiphona B. V. M. in fine Officii, licet immediate sequatur missa, quam vocamus convent., quae tamen juxta rubricas Missalis tit. 3 n. 1 et 2 tit. 15 n. 2, cum non cantetur a choro, sed submisce recitetur a Celebrante, vere conventualis dici non potest, nec pars Officii antecedentis?

S. C. resp.: Servetur rubr. 36 n. 3 circa missam, quae habenda est tamquam conventualis. n. 3710 ad 8 die 14. Febr. 1705.

Se nei giorni in cui la Rubrica vuole che nella Messa Conventuale dopo Nona si possa, o si debba lasciare l'Antifona finale della Madonna *pro tempore*, e cantare immediatamente l'Introito, l'Antifona corrente, e dopo l'Oratione di esse ch'è il compimento della divina Salmodia, e quindi si debba incominciare a cantara la Messa?

S. eadem C... rescribendum censuit: „Nihil dicendum, sed immediate post Versum: *Benedicamus Domino* Missam inchoandam.“

Atque ita rescripsit. n. 5085 ad 4 die 27. Febr. 1847.

Ad dubium: 1. In titulo 36. Rubricarum generalium num. 2 et 3 praescribitur, omittendam esse Antiphonam B. M. V., quando post aliquam Horam sequuntur Litaniae vel Missa: an intelligitur de Missa tantum Conventuali, aut alia qualibet lecta, quae non est Conventualis, quum ista dicenda sit post Nonam, sed solum cum praesentia Communitatis in Choro?

2. Utrum praedicta Antiphona B. M. V. dicenda sit post Nonam in Choro in Litanis majoribus Feriarum Rogationum et S. Marci, quae ordinantur in Ecclesia post discessum Communitatis a Choro dissito a Sacristia, et post paululam moram in ea factam ad ministrum se parandum, cum in praedicto num. 2. Rubricae generalis dicatur: *In Choro autem semper dicitur, quandocumque terminata aliqua Hora discedendum est a Choro.*

Emi. et Rmi. P. rescribendum censuerunt:

Ad 1. „Antiphonam B. M. V. omittendam esse tantum, si immediate subsequatur Missa Conventualis, vel alia Missa solemnior tam pro vivis, quam

pro defunctis ad cujus assistentiam teneantur Chorales.“

Ad 2. „Negative.“

Atque ita S. C. rescripsit, et servari mandavit. n. 5224 ad 7 et 8 die 14. Maji 1856.

2) Genuflectendo dicenda.

Vd. Preces (genufl.)

3) Stando dicenda.

Antiphonae B. V. M., quae dicuntur stando a vesperis Sabbati, dici etiam debent stando in fine Laudum, si recitentur die dominico ante occasum solis pro fer. 2. n. 4526 ad 6 die 7. Sept. 1816.

Ad dubium: an cum recitatur Matut. pro fer. II. in dom. praecedenti ante solis occasum, genuflecti debeat ad Antiphonam finalem B. V. M.? S. C. resp.: Negative, et standum esse, dum Matutinum recitetur ante solis occasum. n. 4549 ad VIII. die 25. Aug. 1818.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Curnum excitetur hoc dubium, et quatenam sit dubitandi ratio, nec video nec intelligo. Nonne clara est Rubrica de Antiphonis finalibus B. M. V. num. 3, ubi legitur: *Dicuntur autem flexis genibus, praeterquam in diebus Dominicis a primis Vesperis Sabbati, et toto tempore Paschali: ad quem Rubricae locum notat cl. Gavantus num. 17: Dicuntur flexis genibus praeterquam in diebus Dominicis a primis Vesperis Sabbati ex Conc. Niceno etc. Synodo Turonensi ob Dominicam Resurrectionem: et num. 19 etiam clarius: Sicuti hic standi ritus incipit a primis Vesperis Dominicae, non a media nocte, ita desinit in occasu Solis ejusdem Dominicae more Indulgentiarum; et post occasum Solis non est amplius standum in Oratione; itaque si Rubrica*